



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Chronicon Tironis Prosperi Ex M. S. Avgvstano, Nunc Primum Editvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



CHRONICON

TIRONIS PROSPERI
EX M. S. AVGVSTANO,
NVNC PRIMVM EDITVM.

BGITVR Valente à Gothis in Thracia con-
mato, Gratianus cum fratre Valentiniano
regnat annos VI.

Theodosius ordinatur Imperator à Gratiano Sim-
ad quem Theophilus Paschale scribit.

I. *Aufonio & Olibrio.* Gratianus post mortē patruī The-
odosium, Theodosij filium in consortium adsumpsit, im-
riūq; ei regnum tradidit Orientis. Ea tempestate Priscil-
nus Episcopus de Gallis ex Manichæorum & Gnostico-
dogmate hæresim nominis sui condidit.

II. *Gratiano V. & Theodosio.* Ambrosius Episcopus
Catholica fide multa sublimiter scripsit.

III. IV. *Syagrio & Eucherio.* Martinus Episc. Turin-
rum*..... apud Constantinopolim quintadecima die
fuerat susceptus * occiditur.

V. *Merobande II. & Saturnino.* Arcadius Theodosij
peratoris filius Augustus appellatur.

VI. *Ricomede & Clearcho.* Honorius Theodosij filius
scitur. Romæ xxxvi. * Ursinus ordinatur post Dan-
sum annis xiv. In Britannia seditione militum Maximus
Imperator est factus. Quo mox ad Gallias transfretare
tiam

*Hæclacuna ex
vulg. sic exple-
da: Martinus
Ep. T. Gallie
ciuitatis multu
clarus habetur.
Greg Nazianz.
vir sua orate
eloquentissim9
& Hieronymi
fceptor obiit.
Antonio & Sy-
agrio Coss. Atha-
narius rex Go-
thorum apud
Constantinop.
* Corrig. occi-
dit vel obiit.
* leg. Syricium.

tianus Parisiis, Merobaude magistro militum, proditione superatus, fugiens, Lugduni captus atque occisus est. Maximus Victorem filium suum consortem regni facit. Valentinianus xvi, regnat cum Theodosio viii.

I. *Arcadio & Bautone.* Hieronymus Presbyter hoc tempore in Bethlechem, toto iam mundo elarus, habitabat, egregio ingenio & studio vniuersæ Ecclesiæ seruiens. Priscillianus in Synodo Burdegalensi damnandum se intelligens ad Imperatorem Maximum prouocauit. auditusque Treueris ab Euodio Præfecto Prætorij, gladio addictus est, cum *Eucroti Adelfi directoris coniuge, & Latrentano, aliisque erroris consortibus. Burdegala quædam Priscilliani discipula nomine Urbica ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

II. *Honorio Imperatore & Euodio.*

III. *Valentiniano III. & Eutropio.*

IV. *Theodosio II. & Cynegio.* Maximus Tyrannus Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regis siltitur, & capite damnatur. Cuius filius Victor eodem anno ab Arbogaste est interfectus in Gallia.

V. *Timasio & Promoto.* Ithacius & Vrfacius Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerunt, Ecclesiæ communionem priuantur.

VI. *Valentiniano IV. & Neoterio.*

VII. *Tatiano & Symmacho.*

IX. *Arcadio II. & Rufino.* Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis, magistri militum, austeritate perditus, laqueo apud Viennam periit. Arbogastes magister mili-

Hæc lectio Prosperum errorum, & Merobaude proditionis suspicionem liberat. Nam Gratianus proditione militum victus, Merobaude magistro militum, non conscio proditionis, sed inuito & dolente quem Maximus, ut amicum Gratiani constantissimum, teste Pacato, occidit.

* leg. Euchrocia Delphidij rhetora coniuge, & Latroniano. Neque enim Adelfius Massitanus hereticus hic intelligendus, qui damnatus in Synodo Syde anno 384. An huius Adelfij uxor Euchrocia? nil simile legi. Euchrocia ac filia eius Procula, inquit Seuerus lib. 2. de qua fuit sermo hominum, Priscilliani suprograudam.

* al. exercitu.
Si exitu, reti-
neas, tunc allu-
dit, ni fallor,
Arbogastu dolo
Valentinianū
necarum, testes
plurimi. S. He-
ronym. Ep. 3.
Necius est &
cadaver exa-
nime suspendio
infamatum.

militum & exercitus, mortuo Valentiniano, cuius * en-
grauabatur, Eugenium in Gallia Imperatorem facit. The-
odosius XVII. cum iam per XIV. regnasset annos, reg-
cum Arcadio & Honorio filiis annos III.

I. *Theodosio III. & Abundantio II.*

II. *Arcadio III. & Honorio II.* Ioannes monachus An-
choreta clarus habetur. Qui ornatus prophetiæ gra-
Theodosio consulente de euentu belli, quod aduersus Eu-
genium mouebat, victorem futurum prædixit.

III. *Olibrio & Probino III.* Theodosius Eugenium tyra-
num vincit & perimit. Augustinus beati Ambrosij disci-
pulus multa facundia doctrinaque excellens, Hippone-
gione Africae, Episcopus ordinatur. Claudianus Poes-
ta insignis habetur. Theodosius Imperator Mediolani mu-
nitur. Arcadius XVIII. cum iam regnasset annos XII. re-
gnat cum fratre Honorio annos XIII.

I. *Arcadio IV. & Honorio III.*

II. *Cesaris & Attico.* Concilium Carthaginis eum Hip-
ponensis Concilij statuta firmantur & inseruntur.

III. *Honorio IV. & Eutychiano.* Romanae Ecclesiae XXXVII.
ordinatur Anastasius. Anno IV. Eugenius occiditur.

IV. *Theodoro V. C.* Cum hoc consulatum inierat Eutro-
pius eunuchus, qui mox & honore defunctus est.

V. *Stilicone & Aureliano.* Gothi Italiam Alarico & Raga-
daifo ducibus ingressi.

* Frauita, Ela-
bito.

VI. *Vincentio & Frauito.* Ioannes Constantinopolitanus
& Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur.
Sed vtrumque obscurauit discordia, quæ eò vsque proce-
dit.

fit, vt Ioannes à Theophilo oppressus Pontum in exilio perurgeretur : cum tamen communionem eius maxima pars Episcoporum, Romani Pontificis exemplum secuta seruauerit.

VII. *Arcadio V. & Honorio V.* Pollentix aduersum Gothos vehementer vtriusque partis clade pugnatum est.

VIII. Romanæ Ecclesiæ xxxviii. ordinatur Episcopus Innocentius annis xiv.

*Theodosio Augusto & * Rumorido.* Carthaginense Concilium habitum de Donatistis. * leg. Rumoro-
dia.

IX. *Honorio VI. & Aristeneto.*

X. *Stilichone iterum & Anthemio.* Rhadagaisus in Tuscia, multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stilichone, superatus & captus est.

XI. *Arcadio VI. & Probo.* VVandali & Alani Gallias traiccto Rheno III. Kalendas Ianuarias ingressi.

XII. *Honorio VII. & Theodosio II.* Constantinus in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit.

XIII. *Basso & Philippo.* Arcadius Imperator Constantinopoli moritur. Honorius XLV. cum Theodosio fratris filio regnauit annis XV.

I. *Honorio IIX. & Theodosio III.* VVandali Hispanias occupauerunt. Attalus Romæ Imperator factus, qui mox priuatus regno, Gothis cæsis.

II. *Varane V. C. Consule.* Roma à Gothis Alarico duce capta: & ob hoc solus fuit Orientalium partium Consul; quod & sequenti anno obseruatum est.

III. *Theo-*

OGAN
SII
um, im,
SIV
24

III. *Theodosio IV. Consule* Constantinus apud Atrantense oppidum victus & captus. Cuius filium Constantinum, in Hispanis regnare orsum, Gerontius Comes Maximum quendam tyrānidem transferens interemit.
 IV. *Honorio IX. & Theodosio V.* Maximo in Hispania regno ablato vita concessa, eò quòd modestia humilitate hominis, affectati imperii inuidiam non merebatur. Geronte ^{* al. Thaulpho.} Athaulfo Gallias ingressi. Eodem tempore Heremianus vir sanctus & beati Martini discipulus cum Arelatensi Episcopo præsideret, à populo eiusdem ciuitatis insons & nulli insimulationi obnoxius pulsus est: in quietum locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantini magistri militum, cuius per ipsum gratia quærebatur, in Episcopos regionis illius magnarum discordiarum materia fuit.

V. *Lucio viro clarissimo Consule.* Huius collega in Consulatatu Herodianus fuit: qui nouarum in Africa rerum reus & in honorem & vitam amisit. Burgundiones partem Galliarum in pinquam Rheano obtinuerunt. Iouinus & Sebastianus tres in Gallis regno arrepto perempti sunt. Hac tempore Pelagius Britto dogma nominis sui contra gratiam Cælestii & Iuliano adiutoribus erexit, multosque in suum errorem trahit, prædicans vnumquemque ad iustitiam voluntate propria regi, tantumque gratiæ accipere quantum meruerit. quod peccatum ipsum solum læserit. Unde volētibus possibile sit, vt non etiam posteros eius perire xerit. Omnia carere peccato, omnesque Paruulos, tam fontes nasci, quàm primus homo ante præuaricationem fuit; nec ideo baptizandos, vt peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.

VI. *Constantio P. C. Coss. & Constante.* Attalus Gothorum consilio & præsidio tyrannidem præsumit in Gallias.

VII. H.

Hic locus ex m. f. fide redditus, sed sine dubio vitiosus. in re. f. f. ex vulgata edit. Suprà data & ex historia illius anni.

VII. *Honorio X. & Theodosio VI.* Attalus à Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus & præsidio carens capitur. Ataulfus verò à quodam suorum vulneratus interiit; regnumque eius perempti VVallia, qui idem cupere intelligebatur, inuasit.

IX. *Theodosio VII. ac Palladio.* Placidiam Theodosij Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamque Ataulfus conjugem habuerat, VVallia pacem Honorij expetens, reddidit, eiusque nuptias Constantius promeretur. Romanæ Ecclesiæ xxxix. Episcopatum suscipit Zosimus annos III. Quo tempore Pelagianis iam à Papa Innocentio prædamnatis Afrorum vigore ac maximè Augustini Episcopi industria resistebatur.

IX. *Honorio XI. & Constantio II.* Honorius Romam triumpho ingreditur, præeunte currum eius Attalo quem *liberè viuere iussit exulem. *al. Lypara.

X. *Honorio XII. & Theodosio VIII.* Hoc tempore Constantius seruus Christi ex vicario Romæ habitans & pro gratia Dei deuotissimè Pelagianis resistens, factione eorundem multa pertulit, quæ illum sanctis Confessoribus sociauerunt. Concilio apud Carthaginem habito amplius..... Episcoporum ad Papam Zosimum Synodi decreta perlata sunt. Quibus probatis per totum mundum Hæresis Pelagiana damnata est. Valentinianus Constantij & Placidia filius nascitur quinto Nonas Iulias. Carthaginis Concilium contra Pelagianos.

XI. **Monaxio & Plinta.* Romanæ Ecclesiæ xl. Episcopatum suscipit Bonifacius annis iv. Constantius pacem firmat cum VVallia, data eidem ad inhabitandum secunda Aquitania, & quibusdam ciuitatibus. confinium prouinciarum. *Maximo.

XII. *Theodosio IX. & Constantio III.* Constantius ab Honorio

Handwritten notes on the right edge of the page:
 SII
 SIII
 SIV
 24

norio in consortium regni assumitur. Hieronymus Prae-
byter moritur anno ætatis suæ XCI. II. Kalend. Octo-
bris.

* Eustachio.
Eustasio.

XIII *Agricola*, & * *Eustasio*. Constantius Imperator moritur,

XIV. *Honorio XIII.* & *Theodosio X.* Hoc tempore exci-
tus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cui Cal-
anus dux fuit; qui Bonifacium virum bellicis artibus per-
clarum, inepto & iniurioso imperio ab expeditionis suæ
cietate auertit. Nam ille periculosum sibi atque indignum
ratus eum sequi, quem discordem superbientemq; expec-
tus esset, celeriter se ad portum vrbis, atque inde ad Afri-
cam proripuit: idque Reip. multorum laborum initium
fuit.

* Asclepiodoro.
Asclepiod. ro.

XV. *Mariniano* & * *Asclepio*. Placidia Augusta à fra-
tore Honorio pulsa ad Orientem eum Honorio & Valentiniano
no filiis proficiscitur. Romanæ Ecclesiæ XLI. Episcopatum
suscepit Cælestinus annis IX. Honorius moritur
regnum eius Ioannes occupat. Theodosius XLVII. Romanum
Imperium tenet annis XXVIII.

I. *Castino* & *Victorino*. Theodosius Valentinianum matris
sue filium Cæsarem facit, & cum Augusta matre ad recipi-
endum Occidentale mittit imperium. Quo tempore Ioannes,
dum Africam, quam Bonifacius obtinuerat, bello reposcit,
ad defensionem sui infirmior factus est.

II. *Theodosio XI.* & *Valentiniano Consule*. Placidia Augusta
& Valentinianus Cæsar mira velocitate Ioannem Romanum
opprimunt, & regnum victores recipiunt, de quo Ioannes
venia Aëtio, eò quòd Hunni, quos per ipsum Ioannes

eiuerat, eiusdem studio ad propria reuersi sunt. Castinus autem in exilium actus est; quia videbatur quòd Ioannes sine conuentione ipsius regnum non potuisset præsumere. Valentinianus decreto Theodosij Augustus appellatur. Archilas nobile oppidum Galliarum à Gothis multa vi oppugnatum, donec imminente Aëtio non impuniti accederent.

III. *Theodosio XII. & Valentiniano II.* Patroclus Arclatensis Episcopus à tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus occiditur. Quod facinus ad occultam iussionem Felicis magistri militum referebatur, cuius impulsu creditus etiam Titus diaconus, vir sanctus, Romæ pecunias pauperibus distribuens interemptus.

IV. *Hiero & Ararbudabure.* Bonifacio, cuius intra Africam potentia gloriaque augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire abnuebat, publico nomine illatum, ducibus Mauortio & Galbione & Saonece, cuius prodicione Mauortius & Galbio, dum Bonifacium obsident, interempti sunt. Moxque ipse à Bonifacio dolo detentus est, atque occisus. Exinde gentibus, quæ uti nauibus nesciebant, dum à concertantibus in auxilium vocantur, mare peruium factum est: bellique contra Bonifacium cepti in Sigisultum cura translata est. Gens Vandalorum ab Hispania ad Africam transit.

V. *Felice & Tauro.* Nestorius, qui Constantinopolitanus Episcopus, nouum molitur Ecclesiis errorem; prædicans Christum ex Maria hominem tantum, non etiam Deum natum; eique diuinitatem collatam esse pro merito. Cui impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Episcopi industria & Papæ Cælestini repugnauit auctoritas.

CCCLXV
SII
CMLXXII
SIV
24

Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci posside-
dam occupauerunt, ab Aëtio Comite recepta.

VI. *Florentio & Dionysio.* Felice ad Patritiam dignitate
prouecto, Aëtius magister militum factus est. Agrius
Pelagianus Seueriani Episcopi Pelagiani filius Ecclesie
Britanniæ dogmatis sui insinuatione corruptus. Sed ad
ctiorem Palladij diaconi Papa Cælestinus Germanus
Antisiodorensis Episcopum vice sua mittit, & disturbat
hæreticis Britannos ad Catholicam fidem redegit.

Corrig. Theod.
XIII. & Val.
ent. III.

**Theodosio XIII. & Valentiniano III.* Aëtius cum
licem cum vxore Padusia & Gruannitum diaconum . . .

Ex vulg. ex-
plend. Egrum-
rium diaconū
insidiari præ-
sensisset, inter-
em. Augusti-
um Ep. & c.

..... Episcopus per omnia excellentissimus moribus
Kalendas Septembris, libris Iuliani inter impetum
dentium VVandalorum, in ipso dierum suorum fine
spondens, & gloriosè in defensione Christianæ gratiæ
seuerans.

VIII. *Basso & Antiocho.* Congregata apud Ephesum
ducentorum Synodo sacerdotum. Nestorius cum
nominis sui & cum multis Pelagianis, qui cognatum
noui iuuabant dogma, damnatur. Ad Scotos in Christi-
credentes ordinatus à Papa Cælestino Palladius
Episcopus missus est.

IX. *Aëtio & Valerio.* Romanæ Ecclesiæ XLII. ordi-
tus. Episcopus Sixtus ann. IIX. Bonifacius ab Africa
Italiam per Urbem venit, accepta magistri militum
gnitate: qui cum resistantem sibi Aëtium in prælio su-
rasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aëtius
cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique
quidam inimicus repentino incursum opprimere tenta-
profugus ad Urbem; atque illinc ad Dalmatias; deinde

per Pannonias ad Hunnos peruenit. Quorum amicitia auxilioq; vsus pacem Principum Aëtius interpolatæ potestatis obtinuit.

X. *Theodosio XIV. & Maximo.*

XI. *Apare & Ariobinda.*

XII. *Theodosio XV. Valentiniano IV.* Pax facta cum VVandalis: data eis ad habitandum Africæ portio. Eodem tempore Gundacarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aëtius bello obtinuit, pacemq; ei supplicanti dedit; quæ non diu potitus est: siquidem illum Hunni cum populo suo absq; stirpe deleuerunt.

XIII. *Isidoro & Senatore.* Gothi pacis placita perturbant, & plura municipia vicina sedibus suis occupant Narbonensi oppido maxime infesti: quod cum diu obsidione & fame laboraret per Latorium Comitem ab utroq; periculo liberatum est. Siquidem per singulos equites binis tritici modijs aduectis strenuissime hostes in fugam vertit, & ciuitatem annona adiunxit.

XIV. *Aëtio II. & Sigisulco.* Bellum aduersus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur. In Africa Gisiricus Rex VVandalorum inter habitationis suæ limites volens Catholicam fidem in Arrianam impietatem subuertere, quosdam nostrorum Episcoporum eo tenus persecutus est, vt eos priuatos iure Basilicarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet. Valentinianus Augustus ad Theodosium Principem Constantinopolim proficiscitur, filiamque eius in matrimonium accipit. Eodem anno piraticam Barbari exercuerunt. Per idem tempus quatuor Hispani viri, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutyichius dudum apud Gaifericum merito sapientix & fidelis obsequij

CCCLXV
SII
m, m,
SIV
24

clari habebantur: quos rex ut copulatiores sibi faceret
 Arianam sectam transire præcepit. At illi facinus con-
 tissimè respicientes, excitato in rapidissimam iram Barba-
 rorum primùm proscripti, deinde exilio acti, ac postremum di-
 visis mortibus interempti illustri Martyrio mirabiliter or-
 buerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Pascha-
 Eutychie præ elegantia formæ atque ingenij admodum
 græ acceptus cum à professione atque amore Catholicæ
 dei nullis minis perturbari posset, diu fustibus cæsus, &
 infamam seruitutem damnatus est. Ideo, ut apparet, non
 terfectus ne de superata ferocia impij etiam illa ætas glori-
 retur.

XV. *Theodosio XVI. & Fausto.*

XVI. *Theodosio XVII. & Fausto.* Hac tempestate
 Iulianus Arelenensis iactantissimus Pelagiani erroris au-
 thor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupi-
 dit exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis spec-
 præferens, molitus est in communionem Ecclesiæ irra-
 re His insidijs, Sixtus Papa diaconi Leonis hortatu vigi-
 ter occurrens nullum aditum pestiferis conatibus pati
 permisit. Et ita omnes Catholicos de refectione fallax
 bestia gaudere fecit; quasi tunc primùm superbissimam
 hæresim Apostolicus gladius detruncauisset. Pax cum Ge-
 this facta, cum eam post ancipitis pugnae lachrimabilem
 perimentum, humilior quàm vnquam antea poposcissent
 Aëtio rebus, quæ in Gallia componebantur, intento, Ge-
 sericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginam
 dolo, tempore pacis inuadit; omnesque opes eius, excru-
 ciatis diuerso tormentorum genere ciuibus, in ius suum
 vertit. Nec ab Ecclesiarum despoliatione abstinens, quæ
 & sacris vasibus exinanitas, & sacerdotum administrationem
 priuata

privatas, non iam diuini cultus loca, sed suorum iussit esse habitacula; in vniuersum captiui populi ordinem sauus; sed praecipue nobilitati & religioni infensus: vt non discerneretur hominibus magis, an Deo bellum intulisset.

XVII. *Valentiniano V. & Anatholio.* Defuncto Sixto Episcopo, XL. amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia praesentiam Diaconi Leonis expectans, qui tunc inter Aetium atque Albinum amicitiae integrandae in Gallia detinebatur. Igitur Leo legatione publicae accitus, & gaudenti patriae praesentatus XLIII. Romanae Ecclesiae Episcopus ordinatur. Geisericus Siciliam grauius affligens, accepto nuncio de Sebastiani ab Hilpania ad Africam transitu, celeriter Carthaginem redit; ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubuisset.

XIIX. *Cyro V. C. Consule.* Theodosius bellum contra Vandalos mouet. Ariobinde & Ausila atque Germano ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae magis oneri, quam Africae praesidio fuerunt.

XIX. *Dioscoro V. C. Coss. & Eudoxio.* Hunnis Thracias & Illyricum sua depopulatione vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum, reuertitur. Cum Geiserico autem & Valentiniano Augusto pax confirmata, & certis spatijs Africa inter vtrumque diuisa est.

XX. *Maximo II. & Paterio.* Hoc tempore plurimos Manichaeos intra urbem latere, diligentia Papae Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiae publicatos, omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit & prodere, incensis eorum codicibus.

XXI.

MCCLV
SII
CMLXIIII
SIV
24

XXI. *Theodosio XVIII. & Albino. IX. Kalendas Martii.* Pascha celebratum est.

XXII. *Valentiniano VI. & Nono.*

XXIII. *Cetio III. & Symmacho.*

XXIV. *Alipio & Ardabure.* Eutyches Hæresiarches Constantinopolites Episcopi Presbyter fretus Theodosij Augusti amicitia, conatus est, non perfectum hominem Christo asserere; contra quem Flavianus eiusdem urbis Episcopus suscipiens.... cum sacerdotibus suis damnatus auctore Dioscoro Alexandrinæ urbis Episcopo. Contra quem Papa Urbis Leo misit Episcopum, Presbyterum, Diaconum. Qui iniuriam passi, Flavianum nunciant in defensione Catholica per iniurias grauissimas defecisse.

XXV. *Posthumiano & Zenone.* Theodosius Imperator pro defensione Eutychetis Leonem Papam Urbis adlocutus; qui dum ire vellet, à populo prohibitus, Presbyteri & Diacones direxit.

al. Asterio. *Asturio & Protogene.* Iterum vocati Catholici audiendi.

XXVI. *Valentiniano VII. & Auieno.* Praualente iterum Papa Leone diriguntur ad Orientem Presbyteri & Diacones ad Hæresin confutandam. Et eodem anno defunctus Theodosius Augustus.

XXVII. *Adelfio V. C. Conf.* Theodosius cum magna pompa à Placidia & Leone & omni Senatu deductus à mausoleo ad Apostolum Petrum depositus est.

XXVIII. Nunciatur defuncto Theodosio regnum Marcianum, & Pulcheriam eiusdem coniugem, Augustam factam. A quo damnatur Eutyches, & omnes eius fautores. Et leuatus est Imperator Marcianus XLVII. Placidia defuncta est. V. Kalendas Decembris ordinatur Imperator ann. VIII.

Marcianus

Marciano & Adelfio. Pugna facta in Gallijs inter Aëtium & Attilam regem Hunorum, cum vtriusque populi cæde. Attila fugatur in Gallias superiores.

* *Honorio & Aspere.* Iconica Marciani Imperatoris Romam ingressa III. Kalendas Aprilis.

II. *Opilione & Vincemalo.*

III. *Aëtio & Studio.* Eo anno occisi sunt Aëtius & Boëtius Patricij. Carthagine ordinatur Episcopus Deogratias in Basilica Fausti, die Dominico VIII. Kalendas Nouembris.

IV. V. *Valentiniano VIII. & Anthemio.* Valentinianus ipse occisus ad duas Lauros XVII. Kalendas Aprilis. Et leuatur Petronius Maximus, Imperator: qui LXXII. die occisus, per urbem tractus, Geisericus Romam ingressus prædâ factâ Carthaginem reuertitur. Et post aliquot dies leuatur in Imperium Auitus.

VI. *Varane & Ioanne.*

VII. *Constantino & Rufo.*

Ardabure & Maximiano.

Post Consulatum Theodosij XVII. & Festi, Geisericus Vandalorum Rex Carthaginem ingressus est die XIV. Kalendarum Nouembrium. Qui regnavit eandem Africam ciuitatē annis XXXVII. mensibus III. diebus VI. Post hunc regnavit Hunerix, filius eius annis VII. mensibus X. diebus XII. Qui in fine anni VII. regni sui Catholicæ Ecclesiæ persecutionem fecit; omnesq; Ecclesias clausit, & cunctos Domini Catholicos sacerdotes cum Eugenio Carthaginensi Episcopo exilio relegauit. Qui Dei iudicio scatenis vermibus vitam finiuit. Post eum regnavit

* *Gunramundus* * *Gentunis* eiusdem Hunerici regis fratris filius annos XI. menses IX. dies XI. Qui tertio anno regni sui Cœmeterium Sancti Martyris Agilei apud Carthaginem Catholicis dare præcipit, Eugenio Carthaginensi Episcopo,

* alij legunt:
Herculano &
Asporatio sen
Sporatio.
* Vincomalo.

* al. Gundabū-
dm.
* al. Gentonis
sen Genzonn-

REGAN
SII
um, im,
SIV
24

piscopo, ab eodem iam de exilio reuocato. Decimo autem anno regni sui Ecclesias Catholicorum aperuit, & omnes Dei Sacerdotes petente Eugenio Carthaginensi Episcopo de exilio reuocauit. Quæ Ecclesiæ fuerunt clausæ annis XI. menses VI. dies V. hoc est, ab octauo anno Hunericus est, ex die VII. Idus Februarij vsque in decimum annum Regis Guntamundi in diem IV. Idus Augusti. In quo completi sunt supradicti * anni X. menses VI. dies V. Qui memoratus Guntamundus Rex postmodum vixit annos II. menses I. Post quem regnauit Trasamundus Gentunis filius annos XXVI. menses VIII. dies IV.

* *sevr. anni XI.*

Ab exordio ergo Imperij Auiti vsque ad annum XXVIII. Trasamundi.
 XVIII. A XIV. autem anno Imperij & morte Valentis in annum XXVII. Trasamundi anni sunt CXVIII. Post quem regnauit Hildrix filius Hunericus annos VIII. dies VIII. Qui in exordio regni sui Bonifacium Episcopum apud Carthaginem in Ecclesia Sancti Agilei ordinari præcepit, omnibus Catholicis libertatem restituit. Quo regnante sumpta tyrannide Geilamer regnum eius inuadit, in quo dicitur annos III. menses. III. Qui tanta homicidia scelus commisit, ut nec suis parentibus pareeret. Fiunt ergo ab exordio Regis Geiserici vsque ad exitum Vandalorum anni XCIII. menses X. dies XI. Ab interitu ergo Valentis XIV. anno regni eius vsque ad supradictum tempus anni CLIV. Collecta ergo omnis summa annorum ab Adam vsque ad Vandalorum perditionem sunt anni ICCC. DCC. XXXIII.

F I N I S.

X

CHR